



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lingva Avrea Christianorvm

Ruben, Leonhard

Padibornae, 1606

Capvt 6. Ex eadem loquacitate prouenit ciuitatum perditio, & subersio,
coinquinatio hominum, contritio spiritus.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56433)

*conscendam super astra Dei exaltabo
solium meum, &c. Quem casum fuisse
instar ruinæ repentinum, Saluator
asserit, cùm inquit, Luc. 10. 18.
Vidi Satanam sicut fulgur de cælo ca-
dentem. De cælo, inquit, in quo
Apoc. 8. 1. factum est silerium me-
dia hora, in qua si tacuisset Lucifer
in corde suo, utiq; non cecidisset.
Verè itaq; dixit Ecclesiastes 10. 12.
Verba insipientis præcipit abunt eum.
Et prou. 17. 29. Qui exaltat os suum,
querit ruinam. Et de huiusmodi,
qui iugum silentij excusserunt, dici
potest id, quod de Iudæis dixit O-
seas cap. 7. 16. Reuersi sunt ut essent
absq; iugo: facti sunt quasi arcus do-
losus: cadent in gladio principes eo-
rum à furore lingua suæ.*

CAPVT VI.

*Ex eadem loquacitate prouenit ciuitatum per-
ditio, & subuersio, coinquinatio homi-
num, contritio spiritus.*

Primum hoc in capite malum

trahit

tradit Salomon Prou. II. II. cū
 inquit. *Benedictione iustorum exal-*
tabitur ciuitas: & ore impiorum sub-
uertetur. Quod manifestissimum
 fuit in nostra Germania, vbi cū
 olim summa deuotione Catholi-
 corum vigerent, vti vbi etiānum
 in flore sunt, processiones circum
 ciuitates, cum hymnis, & canticis
 instituebantur, & cum mœnibus,
 tum portis ciuitatum, à sacerdote
 benedicebatur. Sic olim ad oratio-
 nes sacerdotum Ezechiaë, & totius
 populi pro ciuitate Ierusalem re-
 spondet Dominus, *Protegam ciui-*
satem istam, vt saluem eam propter
me, & propter Dauid seruum meum.
 IIa. 37. 35. 4. Reg. 19. 34. Multò
 magis propter se & filium Dauidis
 Christum Dominum, qui non tan-
 tūm circumfertur, vt manna in ar-
 ca testamenti, circa muros Iericho;
 sed ut panis vitæ in sanctissimo sa-
 cramento. Sic Ecclesiasticus capit.

Ciuita
 tū sub
 uersio.

Proces
 siones
 circa
 ciui-
 tates.

36. 15. 16. orabat dicens. *Miserere civitati sanctificationis tuae Ierusalem, civitati requiei tuae. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum.* At ubi prodierunt hæretici: quorum os non adfert benedictionem: sed vt est Iudæ capti, 16. *Loquitur superba tum demum ore impiorum cum summo dolore videmus non tantum subuersas ciuitates, sed integros comitatus & prouincias, ne dicam bellis, & intestinis dissidijs, in se ipsis diuisas, commanducasse, quasi linguas suas præ dolore, vt est Apocalyp. cap. 17. v. 10. Lingua tertia, id est detractoria, inquit Ecclesiast. capit. 28. v. 16. Multo commouit, & disperfit illos, de gente in gentem: ciuitates muratas diuitum destruxit, & domos magnatorum effodit, virtutes populorum concidit, & gentes fortes dissoluit. Plura cap. 14 numero 1.*

os hæreticorum.

Secundùm in hoc capite est, quòd mala, quæ de ore nostro procedunt coinquant hominem. Id quod ex testimonio Christi apud Diuum Matthæum capit. 15. ver. 18. superiùs capite 2. ratione prima probauimus.

Coin-
quina-
tur ho-
mo.

Tertiùm est quod contritio-
nem afferat spiritus. Hinc Pro-
uerb. 18. 7. *Os stulti contritio eius.*
Ne verò putes leuem hanc, vel exi-
guam corporis, aut membri alicu-
ius contritionem, id magis expli-
cat capit. 15. 4. cum inquit: *Lingua
placabilis lignum vite: Quæ autem
immoderata est, conteret spiritum.*

Contri-
tio spi-
ritus.

CAPVT VII.

*Linguosi dirigi nequeunt, tendunt ad erro-
rem pessimum, & diuinam in se
gratiam corrumpunt.*

Primùm in hoc capite est quod
directionem diuinam nobis
per necessariam impediatur, pro
qua tamen sancti homines po-

Dire-
ctionē
impe-
dit.

stula-